

„hostiliter infestari contingeret, eum in casum S.  
 „Majestas toties Russiae pollicetur & se obstringit,  
 „S. Cæsar. & Cathol. Majestati non solum illa, quæ  
 „infra, Art. VI. hujus fœderis, promissa sunt au-  
 „xilia irrefragabiliter transmittere, verum etiam,  
 „rebus & necessitate id postulantibus, aggressori  
 „bellum denunciare, conjunctisque consiliis con-  
 „tra illum armis procedere, neque pacem cum  
 „illo, nisi reparatis injuriis & damnis & absque  
 „accedente pleno consensu S. S. C. C. Majestatis  
 „facere & inire. „

(7) In Tractatu Viennæ A. 1731. 16. Mart. concluso  
 art. 2. ubi inter alia dicitur: „ Sacra Regia Maje-  
 „stas Britanniae & Celsi ac Potentes Ordines ge-  
 „nerales unitarum fœderati Belgii Provinciarum  
 „- - vigore præsentis Articuli guarantiam modo  
 „dicti succedendi ordinis generalem in se susci-  
 „piunt, ac quoties opus fuerit, contra quoscunque  
 „præstandam spondent, promittentes proinde,  
 „quo fieri potest, meliore ac firmiore modo, quod  
 „omnibus viribus suis tueri, manutenere, ac, uti  
 „vocant, garantigiare velint ac debeant contra  
 „quoscunque, quoties opus fuerit, illum succe-  
 „dendi ordinem, quem sua Majestas Cæsarea in  
 „forma perpetui indivisibilis Fideicommissi pri-  
 „mogenitura affecti pro universis Suae Majestatis  
 „utriusque Sexus hæredibus Instrumento solenni  
 „die 19. Aprilis 1713. prout hujus Instrumenti co-  
 „pia ad finem Tractatus adjuncta reperitur, de-  
 „claravit, ac stabilivit, - - - ita ut sua Sacra Regia  
 „Britannica Majestas ac Celsi & potentes Dni Sta-  
 „tus Generales fœderati Belgii promittant, ac sese  
 „obstringant, quod Illum vel Illam, qui vel quæ  
 „juxta normam & ordinem hætenus recensitum  
 „in Regna, Provincias ac Ditiones, quas Sua Ma-  
 „jestas Cæsarea actu possidet, succedere debent,  
 in